

nostis illum vos quia vobiscum manet  
et in vobis est. Non itaque ab hac mansio-  
ne separatus est de quo dictum est vobiscum  
manet. et in vobis est. nisi forte quisquam  
sic absurdus est. ut arbitretur cum pater  
et filius venerint. ut mansionem apud  
eum faciant. id est dilectorum suorum disces-  
surum inde spiritum sanctum. et tanquam lo-  
cum daturum esse maioribus. Sed hunc  
carnali cogitationi occurrit scriptura.  
paulo quippe superius ait. Et ego roga-  
bo patrem et alium pacitum dabit vobis  
ut vobiscum sit in eternum. Non ergo dis-  
cedet patre et filio venientibus. sed in  
eadem mansionem cum ipsis erit in eternum.  
quod nec ille sine ipsis venit. nec illi sine il-  
lo. sed propter insinuationem trinitatis pro-  
narum etiam singulis nominatis. dicuntur  
quedam separatum. non tamen aliis separatis in-  
telliguntur. propter eiusdem trinitatis unita-  
tem. unamque substantiam atque deitatem  
patris et filii et spiritus sancti. ¶

**Ca. 17. nono**  
Gradet itaque regnum deo et patri  
dominus noster ihesus christus. non se in-  
separato nec spiritu sancto quam pro-  
ducet credentes ad contemplationem dei.  
ubi est finis omnium bonarum actionum. et re-  
quies sempiterna. et gaudium quod nunquam  
auferetur a vobis. Hoc enim signat in eo  
quod ait. Iterum videbo vos et gaudebit  
cor vestrum. et gaudium vestrum nemo tollet a vo-  
bis. Cuius gaudii similitudinem presignabat  
maria sedens ad pedes domini et intenta in  
verbum eius. quiescens scilicet ab omni actione.  
et intenta in veritate secundum quendam mo-  
dum capax est ista vita quo tamen presigura-  
ret illud. quod futurum est in eternum. Mar-  
tha quippe sorore sua in necessitatis actione  
aversata sorore sua. quibus bona et utili-  
tatem cum requies successerit transitura ipsa  
quiescebat in verbo domini. et ideo dominus  
conquerenti marthe quod eam soror non ad-  
iuuaret. Respondit maria optimam partem ele-  
git. que non auferetur ab ea. Non malam  
partem dixit. quod agebat martha. sed istam  
optimam que non auferetur. Illa enim que in

ministerium indigentie est cum indigentia  
ipsa transierit auferetur. Boni quippe ope-  
ris transituri merces est requies perman-  
sura. In illa igitur contemplatione deus  
erit omnia in omnibus. quia nichil ab il-  
lo aliud requiretur. sed solo ipso illustra-  
ri. proficiatque sufficit. Ideoque ille in quo  
spiritus interpellat gemitibus menaraz-  
bilibus. unam inquit pecuniam a domino hanc re-  
quiram ut inhabitem in domo domini per  
omnes dies vite mee ut contempler dele-  
ctationem domini. Contemplabimur enim deum  
patrem et filium et spiritum sanctum cum me-  
diator dei et hominum. homo christus ihesus tra-  
diderit regnum deo et patri. ut iam non  
interpellet pro nobis mediator et sacer-  
dos noster filius dei et filius hominis. sed  
et ipse in quantum sacerdos est assumpta  
propter nos servum forma. subiectus sit ei qui  
illi subiecit omnia ut in quantum deus est.  
cum illo nos subiectos habeat in quan-  
tum sacerdos nobiscum illi subiectus sit.  
Quapropter cum filius sit et deus et ho-  
mo. alia substantia deus. alia homo. ho-  
mo potius in filio quam filius in patre. sicut  
caro anime mee. Alia substantia est ad  
animam meam. quamvis in uno homine quam ani-  
ma alterius hominis ad animam meam. Cum  
ergo tradiderit regnum deo et patri. i-  
cum credentes et viventes ex fide pro-  
quibus nunc mediator interpellat. per-  
duxerit ad contemplationem cui percipiende  
suspiramus et gemimus. et transierit la-  
bor. et gemitus. iam non interpellabit  
pro nobis tradito regno deo et patri.  
hoc significans ait. Hec vobiscum loqu-  
tus sum in similitudinibus loquar vobis.  
sed manifeste de patre nuntiabo vobis  
id est iam non erunt similitudines. cum vi-  
sio fuerit facie ad faciem. Hoc est enim  
quod ait sed manifeste de patre nuntiabo  
vobis. ac si diceret manifeste patrem osten-  
dam vobis. Nuntiabo quippe ait. quia  
verbum eius est. Sequitur enim et dicit  
Illa die in nomine meo petetis. et non  
dico vobis. quia ego rogabo patrem. Ip-  
se enim pater amat vos. quod vos me amastis